

Virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta.

Léctio Epístolæ primæ beāti Pauli apóstoli
ad Corínthios

7, 32-35

Fratres:

³² **V**olo vos sine sollicitú-dine esse.

Qui sine uxóre est,
sollicitus est, quæ Dómini sunt,
quómo-do pláceat Dómino;

³³ qui autem cum uxóre est,
sollicitus est, quæ sunt mundi,
quómo-do pláceat uxóri,

³⁴ et divísus est.

Et múl-ier innú-pta et virgo có-gitat, quæ Dómini sunt,
ut sit sancta et có-rpore et spí-ritu;
quæ autem nupta est, có-gitat, quæ sunt mundi,
quómo-do pláceat viro.

³⁵ Porro hoc ad utilitátem vestram dico,
non ut lá-queum vobis iníciam,
sed ad honéstum
et ad adhæ-réndum Dómino sine distracti-óne.

Verbum Dómini.